



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

HDI



HL 185M G

Messina.

Laws, sta tues, etc:
Custóma ry law

Consuetudini della citta
di Messina

1897

HARVARD
LAW
LIBRARY

Digitized by Google

Monsieur
Monsieur Paul Viollet
mentre de l'Institut
CONSUETUDINI
DELLA

(Co)
Hommage
de l'A.

CITTÀ DI MESSINA

PUBBLICATE PER CURA
DEL COMM. VITO LA MANTIA
GRANDE UFFICIALE
PRIMO PRESIDENTE ONORARIO DI CORTE D'APPELLO



PALERMO
LIBRERIA ALBERTO REBER
1897

N, *L*

Palermo—Stab. Tip. A. Giannitrapani.



Offro una nuova edizione del testo delle Consuetudini di Messina da Appulo riordinate e in parte riformate (1498) anche con l'esclusione di alcuni antichi capitoli.

Gregorio († 1809) non ebbe notizia di tale edizione della fine del XV secolo, rimasta poi sempre base e testo unico delle Consuetudini di Messina.

Cariddi (1559) ristampando l'edizione di Appulo vi aggiunse due capitoli antichi (c. 57, 58) e tre del secolo XVI.

La presente edizione comprende pure la prefazione di Cariddi e gli anzidetti capitoli aggiunti. Avendo Cariddi omesso la petizione di Messina (1517) al re Carlo (poi V imperatore, 1519), l'abbiamo aggiunta in nota (pag. 52) secondo i manoscritti di Privilegi di Messina.

Delle ristampe dell'edizione di Cariddi eseguite in Venezia (1575), Messina (1618, 1796, 1859), e del commento di Giurba a quindici capitoli oltre i cap. 48 e 49, abbiamo fatto menzione nell'*Archivio Storico Italiano* (1881, t. VII, pag. 320-323).

Riproduco l'edizione principe di Appulo (1498) con la prefazione e le dichiarazioni aggiunte dal medesimo (1).

Hartwig nel 1867 faceva in Gottinga una mediocre edizione delle Consuetudini di Messina in 17 pagine, e nella Introduzione riproduceva in nota

(1) Non riproduco, come estranei per le Consuetudini, alcuni versi di Appulo e la strana figura nell'ultimo foglio, che come curiosità fu inserita da Mira nel *Manuale di Bibliografia*, Palermo 1862, t. II, pag. 394.

alcuni periodi delle prefazioni e dichiarazioni di Appulo e di Cariddi, ma io volli inserirle per intero.

Ho indicato in nota taluni errori commessi da Hartwig e seguiti da Brünneck (Halle, 1881) che invece di correggerli, ne aggiunse altri. Voleva poscia Brünneck scusarsene in parte confessando che egli non avea veduto l'edizione di Appulo, perchè Hartwig *avea venduto ad insolito alto prezzo* (*ungewöhnlichen hohen Preise*) l'esemplare comprato in Messina (1).

Aggiungo ora in margine il numero dei capitoli del *Testo Antico delle Consuetudini di Messina* contenuto nelle Consuetudini di Trapani, secondo la edizione da me fatta in Ottobre 1895 su i manoscritti comparati di Trapani e di Palermo.

È noto che l'ordine dei capitoli delle Consuetudini di Messina seguite in Trapani fu accennato nella mia raccolta di Consuetudini del 1862 (pag. 104). Ampiamente poi nell'*Archivio Storico Italiano* (1881, t. VII, pag. 315, VIII, pag. 192-196; 1882, t. IX, pag. 337) ho mostrato le basi di ricostituzione del *Testo Antico* secondo la costituzione riferita per la prima volta dal celebre Nicolò Tedeschi, e che poi formò il testo dei cap. 1. 4. 5 dell'edizione di Appulo (2). Per tutto il resto io seguiva allora il manoscritto della Biblioteca Comunale di Palermo (Ms. Qq. F. 55, fol. 17-36).

Altre notizie con documenti ho dato nella *Introduzione* (non ancora pubblicata) alle *Antiche Consuetudini delle città di Sicilia* per quanto concerne Messina e Trapani, anche per l'ordine e il numero di capitoli, e la distinzione dei primitivi dai posteriori contenenti dichiarazioni o riforme.

(1) LA MANTIA, *Cenni storici su le Fonti del Diritto Greco-Romano e le Assise e leggi dei re di Sicilia*, Palermo 1887, pag. 127.

(2) APPULO aggiunse al testo le parole: *Saepius enim scriptum est, et in toto regno consuevit, quod ex quacumque causa viro vel uxori aliqua bona provenerint, natis filiis communia sunt inter eos.* V. *Archivio Storico Italiano*, 1881, t. VII, pag. 316; 1887, t. XX, pag. 362.

CONSUETUDINI DI MESSINA
RIFORMATE DA GIOVAN PIETRO APPULO
e pubblicate in Messina nel 1498.

PREFAZIONE DI APPULO

Io. Petrus Apulus Messanensis illustri ac generoso Comiti Golisani salutem.

Statuta et Consuetudines Nobilis Civitatis Messanae : Nostrae invictae patriae: post sacras regni constitutiones absolutas, advertendi, conscribendi divulgandique animum fidelitatis ardor accensit et segnem adhuc fuisse redarguit. Verum ego simul ac liber factus sum tantoque ab opere exemptus: coepi continuo illa sciscitari ac diligenter perscrutari si bene constarent. Sed (pudet dicere) omnia exempla quotquot conspexi et quae (quod peius est) per coeteras Trinacriae regiones transcripta reperire potui: omnia erant adeo transformata quod mihi non parum difficultatis ac laboris corrigenti adhibuere. Erant enim in his multae clausulae additae per scriptores superfluae. Erant multa verba permutata ac falsa. Erant multi tituli dispersi et tamen eiusdem rei. Quid dicam? tot reperi exempla, quot fuere scriptores. Nequivi non mirari praedecessorum nostrorum incuriam. At quia nemo valet divinae maiestatis decreta praeerumpere: parcendum illis fore magis censui quam uti lentos circa rem publicam pernotatum iri ac mea dumtaxat congratulandum sorte. Video enim somnium meum non regalium tantum constitutionum impressura declarari sed iurium quoque municipalium editione ampliari. Nescio an voluerit deus pates fieri quod post universale opus si a particularibus esset incipiendum : deberet a Messana inchoari. Haec enim regni caput est: suaequem sanctiones non tantum in ea eiusque territorio ac districtu sed etiam per cuncta fere Trinacriae loca, rura, villas, oppida, terras, urbesque observantur. Eapropter huiuscmodi ordinationes maiorum nostrorum consilio statutas ita deterrimas esse conspiciens, *abolitis erroribus scriptorum ad*

LA MANTIA.

1

verum tenorum reintegravi, defectus supplevi, titulos reformavi ac seriatim disposui, intersecla semotaque capitula univi, falso unita segregavi et caprificum e domo extirpavi suoque loco affixi, et ea quae superflua erant et quasi ludibrium raditus evulsi nequidem rasi. Demum meo sumptu correctae satis per vigili cura et omni sollicitudine super optimos characteres affluenter imprimi feci : ut nobilis et inclyta semper Messana suis legibus ita digestis excultisque et laetaretur et quocumque incedens enitesceret : nec non et in coetera Trinacia cunctas per manus his utentium abunde dispergerentur. Decet enim bonos cives non patriam solum laudare , iuraque eius tueri audacter et inviolabiliter custodire : sed etiam dignitates patriae et augere pro viribus : et cuivis manifestare optimi civis est : quamvis impossibile est quod bonus civis sit qui de bonis nihil habeat fixum in patria. Cui autem hoc opus dicarem , iucundissime Comes , nullus mihi visus est et dignior et praestantior te. Si quidem tu non viribus tantum corporis sed animi quoque virtutibus caeteros antecellis , idque et tua gesta et fama volatilis nedum innumeri magnae auctoritatis viri affirmant. Sed laudum tuarum campum amplissimum non ingredior : ne quod minotauro constructum est mihi sero poenitenti fortasse contingat. Sat enim nosceris per omnem Hispaniam necnon Italiam et insulas omnes medio protentas mari. Verumtamen non omittam quod retroactis temporibus degente hic illustri D. Ioanne de Lanuza prorege , capta pene Pelorum rate quadam panhormitana (dum ludis divae Mariae de pilorio vacaretur) piratarum fraude : Solus tu vir prudentissime, vir animose, vir strenuissime armorum capitaneus electus illico e portu zancleo cum quatuor 25 Messanensi navibus bene munitis contra subdolos piratas migrasti : et longum in mare profectus eos non prospiciens , constrictis dentibus exclamasti : Ah Messana. Ibunt impuniti fures in tui opprobrium ? Ibunt inulti ? non eos reperiam ? Eia agite o socij, ad patriam non est redeundum quin prius illos omnes violenter ulciscamur. Tum magis mare 30 perscrutatus eos ad Melitam prospexit : et adeo persecutus fuisti quod cunctos homines convictos gladio potestatis obtulisti , navem eorum crebris ictibus confossam in pelagus deieicisti , captivos liberasti , ratem ditissimam ad portum duxisti. Quid plura ? animum erga hanc civitatem ostendisti. Non ab re igitur magnam spem habet in te patria nostra.

35 Sed eo magis in te sperat quod te privilegio decoravit , civem fecit , exemptionis ac libertatis iura concessit, tuam semper optat salutem, tui semper desiderio tenetur. Esto itaque non mearum lucubrationum sed rerum inclytae civitatis Messanae acerrimus defensor. Vale.

DICHIARAZIONI DI APPULO

pubblicate dopo il testo delle Consuetudinai nell'edizione del 1498.

Io. Petrus Apulus M. D. Francisco de Minutolis, Petro Papardo et
Andrea Culoca iudicibus nobilis civitatis Messanae salutem.

Tribus de rebus, clarissimi viri, hoc mense laetatus sum: idque plus corde conceptum quam ore progressum scitote. Nam cum vester Hieronymus pater meus dignitate qua vos modo fulgetis hunc annum 5 perfunctus sit, et denum tanti honoris ac tantae potestatis sua die relictor ac praedecessor factus sit: gratias ago immortali Deo. Liberati enim sumus a tot laboribus, a tot angustiis, a militari servitio diurno nocturnoque; non amplius armorum strepitus: non rumores: non clamores hominum tantos audimus: quibus dum ille ut iudex ut locumtene- 10 nens die noctuque lassabatur; sentiebat id quoque onus familia. Gratias Deo rursus. Et quis poterat istorum civium seditiones vel potius apparatus placare? et quis sufferre? Nam et (quod taediosius erat) cuique infimo potentior erat idolus: cui displicere impossibile erat. Hinc et alia mihi accessit laetiae causa quod veteres iudices fuisse innovari cogitatum 15 percepi. Summa enim spes mihi evenit si doctores annuatim honores civitatis trini participant. Verum quum vos fuisse electos relatum est: et perspexi et agnovi vos ipsos pro tribunali sedere, postrema et ineffabilis fuit mihi quodammodo innata gratulatio: cum probos et doctos viros habeat in rectores haec civitas patria nostra; et quae cuncta equa lance 20 dijudicare facile queant. Proinde non ambigo me, tali dominante magistratu, minime posse a quoque deprimi vel obtrectatum iri, quin spero contractis malivolorum taelis, vestro favore ac praesidio me ad maiora processurum convolaturumque ad altiora. Sed quorsum haec? quidam idiotae, quidam gigantes, quidam prothei sunt et mihi et vobis et cunctis 25 legum doctoribus acerrimi hostes. Auxilio opus est, officium vestrum imploro, efflagito, exposco, fideles regii et iureconsulti optimi, favete mihi si studiosis et literatis iuvenibus opitulari soletis: si ad doctoratus apicem aspirare volentes tueri semper consuestis. Habetis enim merum et mixtum imperium. Satis scilicet dubito ne labores mei contra privilegia forte allegentur. Sed etsi scio vos minime latere qualiter erant: et qualiter sunt statuta Messanae, dicam tamen brevi quod feci: ne quis effreni voluntate ductus me cornu petere aut mordere festinet quod antiquum ordinem pervertere non debuisse: quod multa addere: multa iniungere fortasse ab re videar voluisse. Ego quippe semper conatus sum 30 cuncta facere et mature et ordinate. Haec enim duo sat ponderis gerunt. Nihilominus ego nedum vos sed cunctos etiam iurisperitos in hanc rem

cio et obtestor. Conferte simul antiqua cum recentibus : et si bene fecerim ipsi omnes videte ad quos spectat et quibus est intellectus. *Orsus sum in summa de bonis parentum et partibus ipsorum natis filiis in vita eorum.* Mox de portione patris vel matris praemorientis. Exin de portione filii, 5 quarto de soluto matrimonio non natis filiis. Dein de viro et uxore sine dotibus, postea de minoribus tractatur : de quibus supra mentio fiebat. Si militer de exhaeredationibus, successionibus et divisionibus : cum pluries in praecedentibus capitulis de testamentis ageretur, successive de contractibus. Mox de iudiciis et executionibus sententiarum. Dein de appellationibus. Et 10 consequenter de delictis actum est. Postremo novae constitutiones positae sunt secundum quod primo indice indicatum est. Rationem singulorum locorum conscribere longum esset : cum cuivis bene intuenti satis ubique pateat. Caeterum si singula capita ut sunt connexa bene perspexeritis : non solum quod feci non vituperabis, sed summa laude palam extollebis. Verum 15 non admiraminor si quod in desuetudinem abierit correctumve fuerit ut superfluum deleverim. Nam licet omnes delectet antiquitas ; delectabilior tamen est brevitas. Quid enim de veterima illa praescriptione nos scire oportet ? si constitutio duram imperatoris Frederici eam penitus iussit aboleri ; quid de confectione et subsignatione contractuum ? si quod de his 20 reperitur hodie cuncti ignoramus : et a scribis (quorum est onus) secus observatur ; quid de orthagiis ? si eius capituli usus nullus apud nos extat : et nomen quoque eius difficile fuit cunctis vaticinari ; quid nunc de iudeis ? si omnes universaliter ac regio edicto de toto regno expulsi ac profugati fuere : et nos quidem vidimus alios eorum catervatim et navatim (ut ita loquar) 25 ad oras confugere Calabrorum : alios etiam alio cum tota eorum perfidia transfretare , non reddituros unquam. Quid si cuncta sciendi cupiditas eveniret : aut memoriam bonorum acquisitorum amitteremus, aut tempus a nobis sine utilitate consumeretur. Praeterea nolo sub silentio praeterire quod motus ratione capitulum de exhaeredatione liberorum in eum modum 30 reformare ausus fuerim ; cum post verbum a paternis sequebatur vel maternis, et post verbum a patre sequebatur vel a matre, quae verba reor non qui eam sanctionem primi constituerunt : sed aliquis legum *tirunculus* interseruit. Nam licet matris praeteritio pro exhaeredatione habeatur : tamen statutum non de exhaeredatione loquitur : sed de causis per quas 35 exhaeredatio fieri possit : quae in matris praeteritione non requiruntur. Ea propter non ab re duxi illa verba inde evellere et eam clausulam subdere scilicet Mater vero etc. Non deerunt (scio) qui me ut nimis audacem increpabunt, mordebunt, damnabunt et omni me dignum supplicio affirmabunt. Sed quem timebo si audaciam meam rationes velant : et vos 40 optimi collegae (ut vestrae humanitatis est) mei protectores esse non dignabimini ? Vobis me commendo. Valete.

Io. Petrus Apulus illustri ac generoso D. Petro Cardona comiti
Golisani salutem.

Habes, iucundissime Comes (habent immo per te cuncti) *libellum Statutorum Messanensium* bene compactum excultumque, tuo nomini dicatum. Sed utinam servitium meum ut reipublicae utile est, ita tanto viro dignum fiat. Post haec versus a me editos de morte Principis quarto nonas Decembris post M. ante D. tris annos: positosque humi passim die luctus huic foelici opusculo visum est posteritati legendos annexi. Proinde non admirator hominis effigiem alati: tenentisque leva manu tabulam plactomachicam: dextra circinum regentem utraque cuspidem aequum octoviarium suspensumque: pedes vero serrae innixi. De hoc enim brevi multa videbis et audies. Sed interim quid ea portendat explorato qui extra vides quod intus ossa pliniana constipatum est. Ioannes Philippus de Bonfilio qui superbas aedes ad latus divi Iuliani extruxit: vir quidem gravis et boni iudicii. Thomas Matheus de nobili Romanorum prosapia vir certe humanus: nec non Petrus Merulla cuius certant cum virtutibus divitiae: et alii tres patres conscripti videlicet Iacobus de Balsamo, Ioannes Matheus de Pactis, et Iacobus Riccius (quibus impossibilius est me recordari quam mihi illorum oblivisci) hi omnes cum sibi novum opus nunciassem gratias egerunt: referre aut habere omiserunt: sed eis hic mos peculiaris est: Mox datis membranis *tria ex hac impressura fieri exempla pro civitate petierunt: qui uti originalia custodirentur.* Et illis, Iucundissime Comes, nomen tuum in longum aevum praeservatur. Reliquum est ut eius non obliscaris quod (te coram non testor Baronem Basilensis terrae) vires tuas et opitulando et iuvando mihi pollicitus es: ac te ipsum ut mihi summe faveres, cum versiculos meos tibi offerrem sponte obligasti. Quid autem ego culpo si maior fuit obligatio quam debitum? Eia igitur, magnanime heros, horribile propugnaculum mihi esto. Scio quippe me propter huius operis editionem a multis ut audacem acri morsu reprehensum iri: neque secus honorem quaeri. Andreas Culoca unus ex iudicibus te straticotum esse et armorum capitaneum huius civitatis suique districtus: nunc in lothophagiten profectum ut castro subvenires fideles ope ac animo firmares: verum inde huc remeare quamprimum decrevisse nunciavit. Rogo ne sententiam mutes. Vale M. D. Nicolaus de Balsamo noster antiquus iureconsultus qui rursus futurus magna Curiae iudex praedicitur: nec non baro sancti Basili filius suus iste (iam scis) strenuus prudensque miles: qui ambo tecum in illa nau machia fuere: adventum tuum summe desiderant. Idem illustris Rossani princeps. Idem cuncti cives quorum numero me quoque inesse non ignoras. Iterum vale mei memor ac fautor.

40

PREFAZIONE DI ALFONSO CARIDDI
alla edizione delle Consuetudini di Messina fatta in Palermo nel 1559.

Alphonsus Charybdus V. I. D. Messanensis.

Ad Lectores.

Quantum apud mortales sint in humano genere necessaria Statuta et Consuetudines in civitatibus, Athenienses Lacedemoniique in pluribus 5 attestantur voluminibus a quibus originem traxerunt, ut glos. inquit in l. ij. ff. de orig. jur. Ista vero Statuta, nedum firmiter stabiliterque Messanae suoque districtui observanda videntur, sed a maiori parte totius regni. Et dicta fuere Statuta seu Consuetudines Parisienses seu Gallicanae [quia] ex filiorum nativitate bonorum omnium confusio efficiebatur, ut 10 dixisse repertum est Ioan. And. in add. ad Specu. in titu. de instrum. edicti § compendiose, vers. quid sit de consuetudine. Idem affirmat Oldra. in cons. suo 248 incip. praesupposita etc. situato sub rub. de consuetudi. et Pet. de Ancha. in cons. suo 163 incip. visis diligenter in quo dat pulchram declarationem ad istum primum Statutum, ubi etiam consuetudinem Gallicanam appellat, ex quibus censeri potest talem consuetudinem introductam esse a Gallis, tempore quo ab ipsis regnum occupatum esse constat, quorum monumenta visuntur ex crudeli Gallorum caede a Siculis data, nullo sexus discrimine habito, quod Vesper Siculum dictum. Attamen D. Abb. dicit Statutum hoc conditum compilatumque a Frederico 15 Imperatore, ut testatur ipse in consil. suo 63 incip. videtur primo etc. in primo volu. ubi ad plenum commentando declarat Statutum hoc, societatemque inter virum, uxorem, et filios, omnifariam inesse. Haec est illa nobilis vetustissimaque civitas Messana a populo Senatuque Romano praeedicta, plurimisque privilegiis decorata, quae suum constrictum, di- 20 strictumque, maxima iurisdictione, plenaque potestate habet, tam ex uno alteroque latere, in toto vero regno nullam extare civitatem districtum habentem compertum est, nisi solam et unicam Messanam: nam de iure nemo districtum habet, nisi solus Imperator, non Reges, non Duces, Marchiones, vel Comites, ut inquit non minus exquisite quam eleganter 25 30 D. Cardi. in Clemen. ij § ut illud, de re iudi. q. i. Hodie vero in tota fere Italia nemo districtum habere cernitur, nisi communitas Venetiarum et Florentiae, ut attestatur Io. And. in c. ut animarum, § statuto de constitu. lib. 6, et Alex. in l. pupillus, § territorium ff. de verb. signi. in add. ad Bar. scribit Fily. post cano. in c. Rodulphus, extra, de rescript. in verbo districtus. Multa enim deerant in prima impressione statuta, quae modo sunt superaddita ab impressore ad honorem et gloriam Dei et communem utilitatem totius nostrae Reipublicae, maximis vigiliis et lucubrationibus, forensibus controversiis perutilia. Valete benignissimi lectores, mei memores.



CONSUETUDINES ET STATUTA
NOBILIS CIVITATIS MESSANAE SUIQUE DISTRICTUS
OBTENTAE ET APPROBATAE IN CONTRADICTORIO IUDICIO

[prima edizione di APPULO, Messina 1498]

I. De bonis viri et uxoris , et quot partes fieri habeant , si quando ea bona cum filiis dividantur.

Viri et uxoris bona omnia a quacumque parte proveniant, natis filiis T.A. I confunduntur , et unum corpus efficiuntur. *Saepius enim scriptum est , et in toto regno consuevit , quod ex quacumque causa viro vel uxori aliqua PATTI 45 bona provenerint , natis filiis communia sunt inter eos.* Et volentibus viro T.A.I et uxore dividere cum filiis , tercia pars bonorum debetur patri , altera matri , reliqua tertia filio vel filiis.

I APPULO ha **quot**. HARTWIG errando scrive **quod**. BRUNNECK corregge **quot** credendo che APPULO avesse **quod**.

2. Pater et mater viventes quid possint filiae nubenti vel filio emancipato de bonis suis dare, et cum quibus dividantur bona remanentia.

T.A.6 Pater et mater viventes si voluerint filiam viro tradere, liceat eis dare in dotem de bonis suis pro velle eorum. Si vero filium emancipare 5 voluerint, de tercia eorum possint ei pro velle suo dare, ultra partem sibi contingentem de tercia, quam cum fratre vel fratribus habent communem; quod si omnes filios vel filias forfamiliaverint, et partem bonorum acceperint, inter patrem et matrem bona reliqua dividuntur.

3. Patre et matre viventibus an filius possit de bonis eorum aliquid petere.

T.A.7 Utroque parente vivente filius etiam factus maior de bonis communibus portionem petere non potest.

4. Defuncto patre et matre ab intestato pars praemortui cui cedat.

T.A.8 Praemortuo patre vel matre ab intestato, filio vel filiis viventibus 15 cum patre vel matre superstitae, tercia pars praemortui cedit filiis. Et sic iidem filii habent duas tercias partes bonorum unam debitam sibi iure naturae, alteram parentis praemortui.

5. Praemortuo patre vel matre, facto testamento, quid iuris sit de portione defuncti.

20 Si vero praemoriatur pater testatus, eius stabitur testamento, T.A.1 dummodo in eodem testamento de tercia sua portione filios recognoscatur. Sed si mater praemoriatur testata, potest de mobilibus tertiae portionis suae pro velle testari; stabilia vero, ea mortua, cedunt filiis. Et si non sunt ei mobilia, potest de stabilibus portionis suae tantum usque 25 ad medietatem valoris eorundem stabilium iuste extimatorum pro velle testari.

6. Praemortua matre vel patre filii nolentes cum superstite in communi vivere, quam partem bonorum petere possint.

T.A.8 Si mortua matre, filius maior factus, noluerit in familia patris manere 30 sed per se vivere voluerit, patre nolente ei pro posse fideliter administrare, non cogitur pater illi dare nisi terciam tantum a matre praemortua ei provenientem. Reliquam terciam eidem filio suo iure debitam pater

13 vel matre CARIDDI, GIURBA, HARTWIG e BRUNNECK | 30 patre volente corr. BRUNNECK.

quoad usufructum sibi retinere potest, proprietate tamen filio reservata, donec ad secunda vota convolare noluerit. Si vero secundam uxorem duxerit, filius medietatem usufructus alterius suae terciae partis petere potest, altera medietate patri remanente. Patre autem mortuo, matre superstite, si filius in communi cum matre vivere noluerit, duas partes sibi s competitores, a matre ipse filius petere potest.

7. Quando pater vel mater cum tercia sua transit ad secunda vota, quomodo filii primi et secundi matrimonii succedant in eius tercia praemortui ab intestato.

Vir praemortua uxore vel uxor praemortuo viro, ad secunda vota cum tercia sua libere potest transire, et tercia illa cum bonis secundi viri vel secundae uxoris, natis filiis, unum corpus efficitur, quo mortuo vel quam mortua ab intestato omnia bona illa in tres partes dividuntur, quorum tercia debetur viro vel uxori superviventi et altera tercia filiis illius secundi matrimonii. In reliqua tercia praemortui iam filii primi quam secundi matrimonii succedunt in capita. Si vero testamentum condiderit, et de tercia sua filios primi matrimonii non recognoverit, tanquam ab intestato similiter succedunt.

8. Unde solvenda sint debita eius qui de primo et secundo matrimonio filios suscepit.

20

Debita quae apparent facta tempore primi matrimonii, solvi debent de bonis filiorum primi matrimonii et de tercia, quam pater vel mater ab illis filiis divisit, cum qua ad secunda vota transivit. Debita vero facta tempore secundi matrimonii solvi debent de bonis secundi matrimonii et de predicta tercia quae cum ipsis bonis, natis filiis, confusa est. Debita vero quae rationabiliter facta apparuerint medio tempore inter primum et secundum matrimonium, de communibus bonis solvi debent.

9. Filio defuncto, patre et matre viventibus, cui cedat eius portio, et eo casu subsequente morte patris, quid iuris habeat uxor in bonis mariti.

Filio nato et praemortuo, patre et matre superstitibus, quilibet eorum in tercia illius pro dimidia parte succedit, et sic omnia bona sunt inter eos communia. Et in hoc casu, viro defuncto, uxor superstes optionem

² convolare voluerit GIURBA, HARTWIG, e BRUNNECK | 15 reliqua enim CARIDDI, HARTWIG e BRUNNECK | 29 in bonis **matri** HARTWIG e BRUNNECK. Invece APPULO ha **mariti**. BRUNNECK, credendo al solito l'errore di Appulo, aggiunge che dovrebbe leggersi **matrimonialibus**.

habet, vel dimidiam partem omnium bonorum sibi retinere vel dotem suam repetere, salvo iure cognatis eiusdem viri legitimis successoribus (si bona fuerint stabilia) redimendi ea pro quanto fuerint iuste extimata valere.

5 **10. Patre vel matre praemortua, filiis cum superstite remanentibus et in minori aetate vel ab intestato praemortuis, ad quem spectent bona eorum.**

T.A.7 Patre praemortuo, filiis minoribus cum matre remanentibus et in minori aetate vel ab intestato praemortuis, bona eorum stabilia si prove-
10 nerint eis a matre, ad eandem revertuntur; si a patre provenerint, ad proximiores patris. Similiter praemortua matre, patre superstite, revertantur. De mobilibus vero tercia pars, quae eis iure suo provenit, ad patrem vel matrem superstitem devolvitur. Reliqua vero tercia quae iure paternae vel maternae successionis eis acquisita est, ad proximiores defuncti patris
15 vel matris revertitur.

II. **Praemortuis patre et matre, filiis postea defunctis, ad quem bona eorum pertineant.**

T.A.7 Utroque parente praemortuo, filiis eorum in minori aetate vel ab intestato postea defunctis, bona stabilia ad eam partem revertuntur a qua
20 provenerunt. De mobilibus vero una tercia ad proximiores patris, altera ad proximiores matris devolvitur.

12. Viro vel uxore praemortua non natis filiis ad quem bona defuncti pertineant.

T.A.5 Viro praemortuo filiis non susceptis, mulier superstes dotem et do-
25 tarium suum consequi debet. Reliqua vero bona praemortui ab intestato pertinent ad proximiores, ex testamento pertinent ad eos quibus ipse in testamento reliquerit. Uxore praemortua extinguitur dotarium, et dos ad dotantem revertitur. Sed si vir voluerit eam propriis sumptibus sepelire, lectum cum toto apparatu suo, quo fuerit prima nocte nuptiarum matri-
30 monii, habere debet, si extat. Si autem non extat, cum meliori apparatu, qui eo tempore in domo invenitur. Quae si testari voluerit potest quidem de mobilibus, de stabilibus vero minime, nec marito nec extraneis testari potest quo ad proprietatem.

6 praemortui HARTWIG. — BRUNNECK dice che APPULO ha **praemortui** | 29 qui HARTWIG e BRUNNECK,—CARIDDI quo.

I3. De re stabili dotali non alienanda.

Rem stabilem dotalem nec vir cum consensu uxoris, nec uxor cum T.A. 46 consensu viri, non susceptis aut non existentibus filiis, vendere vel alienare possunt, nisi cogente magna necessitate discussa et cognita per Curiam Messanae. 5

I4. De dote reddenda, et de expensis a viro factis in re dotali.

Res stabilis dotalis qualis fuerit tempore reddendae dotis sive melior T.A. 38 sive deterior facta, qualis eo tempore fuerit, reddatur. Si vero maritus solum vel fundum vacuum in dotem receperit, et eum de propriis aedicaverit, is ad quem revertitur dos, utiles et necessarias expensas in aedificio factas reddet ei in ea quantitate, qua tunc ipsum aedificium valere aestimabitur quia aedificium solo cedit. Guarnimenta autem et supellectilia qualia eo tempore fuerint reddantur.

I5. Viro et uxore sine bonis matrimonium contrahentibus quid iuris sit de bonis eorum postea quaesitis. 15

Viro et uxore sine dote et dotario (cum uterque nihil in bonis T.A. 10 habeat) matrimonium contrahentibus, filiis non susceptis vel susceptis et § 1 praemortuis, quaecumque acquisita sunt bona, communia sunt.

I6. Quando mulier filiorum suorum tutelam gerere potest et de tutoribus minoribus dandis. 20

Viro ab intestato praemortuo, vel ab eodem testato nihil de tute T.A. 12 dispositivo, uxor superstes tutelam filiorum gerere potest nulla iuris obseruantia perquisita, si fuerit honesta et diligens administratrix et fideliter administraverit, quoisque tamen ad secunda vota non transierit. Si vero ad secunda vota convolaverit, tutor legitimus si fuerit ad administrandum 25 idoneus, auctoritate curiae eorumdem pupillorum tutelam gerere potest, facto inventario. Si autem legitimus non invenitur, curia ex officio suo virum idoneum ipsis pupillis tutorem constituat. Sed viro testato defuncto, tutor ab eodem in testamento constitutus ex sola testamenti auctoritate tutelam minorum administrat. 30

I7. Apud quem minores educari debeant.

Minores apud tutorem suum educari debent, excepto si mater vel T.A. 13 amita eos educare voluerit, et tunc a tute pro eorum educatione vitae necessaria eidem matri vel amitae dantur.

11 factos HARTWIG. — BRUNNECK dice che APPULO ha factos.

18. De rebus minorum , et maiorum absentium sine decreto curiae non alienandis.

T.A. 14 Imminente iusta necessitate pro qua res minorum obligari debeant vel alienari, necessitatis causa per curiam discussa et cognita, possunt res 5 minorum cum decreto curiae obligari et alienari, nec aliquando retractantur. Res etiam maiorum et absentium per curiam cum causae cognitione alienatae vel in solutum datae irretractabiles permanent.

19. Quando minor testari possit, et quando maior efficiatur et rerum suarum administrator.

10 Minor post quartum decimum annum completum testari potest, et T.A. 11 decimo octavo anno completo maior efficitur, et deinde res suas legitime administrare potest.

20. De quibus bonis filiusfamilias testari possit.

T.A. 12 Filiusfamilias, utroque parente vivente, de bonis eorum praeter voluntatem et consensum ipsorum testari non potest. De peculio vero suo prout velle testari potest.

21. De puellis minoribus.

T.A. 12 Puella minor si nupserit maiori , cum auctoritate viri sui res suas a tute petere potest.

22. De exhaeredatione liberorum, et spuriis.

T.A. 35 Filius vel filia a paternis bonis ex his causis a patre exhaeredari possunt, ex quibus per leges exhaeredantur. Mater vero eos exhaeredare T.A. 45 non dicitur. Spurii et non legitime nati non exhaeredantur. De spurii vero et incestuosis dicimus quod non possunt succedere in haereditate parentum.

23. Quando filia nupta et dotata vel filius emancipatus possit cum fratribus vel sororibus ad paternam vel maternam successionem ventre.

T.A. 29 Filia nupta et dotata a patre et matre vel ab altero eorum , remanentibus fratribus et sororibus in familia, mortuo patre vel matre ab intestato, potest filia , facta collatione dotis (si voluerit) ad paternam vel maternam successionem venire cum fratribus et sororibus, qui in familia remanserunt. Idem potest filius emancipatus.

21 APPULO indicò le riforme del testo per questo capitolo (V. sopra pag. 4, lin. 28-37 | 23 APPULO dopo dicitur nota: quos non habet in potestate, sed tacite praeterire. Io. pe. apu.

24. De divisionibus inter fratres cohaeredes faciendis.

Fratribus nolentibus in communi vivere et volentibus paternam vel t. A. 30 maternam haereditatem dividere, maiori natu datur divisio celebranda, et minori conceditur optio eligendi. Et sic de gradu in gradum usque ad maiorem. Adventicia vero et legata inter cohaeredes et legatarios sorte s dividuntur.

25. De divisione facta inter quamlibet personam.

Re stabili communi inter aliquos de communi voluntate divisa, post- t. A. 43 quam quilibet portionem suam agnoverit, et ea contentus fuerit, nullo tempore vel aliqua causa per aliquem eorum vel ipsorum haeredes divisio re- 10 tractari potest.

26. De publicis contractibus.

Nullus privatus contractus valet aut tenet nisi a duobus vel pluribus t. A. 17 idoneis testibus fuerit roboratus.

27. Quando mulier obligari non potest, et quando potest.

Uxor sine viri sui auctoritate nec se, nec sua obligare potest. Sed t. A. 18 cum mariti sui auctoritate, susceptis filiis, obbligari potest, non susceptis filiis similiter obbligari potest si pro communi utilitate vel necessitate obligatio contracta fuerit. Mulier quoque virum non habens se et sua obligare potest. 20

28. De poena in contractu apposita.

Nulla poena in privato contractu apposita solvit, praeterquam si t. A. 44 in arbitrorum instrumento apponatur, excepto si de poena fiat publicum instrumentum, et ita servatur in Curia Messanae.

29. De arbitris.

Facto in aliquos a partibus compromisso cum poenae appositione, t. A. 19 firma est arbitrorum sententia in civili negocio. In criminali etiam in quo non esset poena sanguinis per curiam infligenda. Item sententia arbitrorum

5 cohaeredes legatarios CARIDDI, HARTWIG e BRUNNECK. | 17 CARIDDI omette le parole: **non susceptis filiis similiter obligari potest.** — HARTWIG e BRUNNECK le omettono pur affermando, contro il vero, di riprodurre l'edizione di APPULO.— Quelle parole omesse da HARTWIG e BRUNNECK si trovano nel Testo Antico di Messina adottato in Trapani, c. 18, lin. 26, pag. 14.

LA MANTIA.

3

promulgata, si aliqua partium dixerit se arbitrum habere suspectum, videlicet quod contra conscientiam sententiam iniquam pronunciaverit, tenetur arbiter se inde iuramento purgare.

30. De venditione rerum stabilium.

T. A. 15 Venditiones rerum stabilium debent per curiam celebrari, quae cum fuerint debita solemnitate peractae, scilicet cum designatione rei venditae per publicum notarium publice facta et instrumento confecto per eundem et tam superscriptionibus vendorum quam subscriptionibus iudicum et straticoti communito, nunquam ab ipsis vendoribus vel eorum haeredibus 10 ex aliqua causa retractari possunt.

31. De iure prothimisios.

T. A. 16 Ius prothimisios competit tam ratione consanguinitatis quam conti-
§ 1. 3. 5 guitate loci. Et habens prothimisim ex consanguinitate usque ad tertium gradum praefertur ei qui habet ex contiguitate loci, dummodo is qui petit 15 sit ex ea consanguinitate per lineam descendenter, a qua res venalia pervenisse dignoscitur. Re stabili vendita et publico notario locum venditum publice designante et ei qui habet ius prothimisios denunciatione praemissa per curiam, quounque publicum instrumentum venditionis non fuerit debita solemnitate peractum, is qui habet prothimisim iure prothi-
20 misios uti potest. Vendita re stabili absente eo cui ius prothimisios com-
petit, si idem absens infra annum redierit, et usque ad dies quindecima post redditum se curiae praesentaverit, et rem stabilem venditam iure prothimisios habere petierit, restituto integro praecio primo emptori, et solutis eidem iustis expensis ipsam rem habere potest.

25 Ecclesiae, monasteria, comites et barones ius prothimisios in civitate Messapae non habent.

32. De cabellis.

T. A. 31 Domo, vinea vel qualicumque possessione data in cabellam, ex duabus causis gabellae contractus rescindi potest, scilicet pro dote danda, et 30 venditione, praeterquam si rei dominus qui in cabellam dedit, expresse se obligaverit, non posse pro neutro istorum impedire vel infringere ca-
bellam, renunciando consuetudini nobilis civitatis Messanae, quia omnis contractus ex conventione legem accipit.

8 et subscriptionibus HARTWIG e BRUNNECK. | 29 eo cuius CARIDDI e HARTWIG.
— L'errore di CARIDDI fu da noi corretto nell'edizione del 1862, e BRUNNECK si giovò
di tale correzione e dice contro il vero che APPULO ha oujus.

33. De locationibus domorum.

Domus locata auferri non potest ante constitutum tempus locationis, T.A. 32
praeterquam si dominus qui locat vel in ipsa domo habitare, vel res suas ex necessitate in ea ponere voluerit. Si vero conductor ante finitum tempus conductionis ad propriam domum migrare voluerit ad habitandum, seu ad alias partes domicilium mutare voluerit, potest, dummodo transacti temporis solvat loherium, ultra non tenetur. Locator vero domus pro pensione sibi non soluta potest per se res inquilini auferre et retinere, donec pensio sibi solvatur.

34. De debitibus ex turpi causa.

10

Si quis pecuniam mutuaverit ad taxillos vel ad aliquem ludum perditionis, ei actio denegatur, et debitum amittit, nisi per retentionem pignoris sibi caustum fuerit. Si autem convenerit aut promiserit aliquid dare, is cui promissum est, actionem non habet, sed datum non repetitur; cum in turpi causa melior sit conditio accipientis vel possidentis. T.A. 34 15

35. De usuris.

Usurae datae non repetuntur, nec in sortem debiti computantur. T.A. 33 Dandae dari non coguntur, praeterquam viduis et pupillis, dummodo sint moderatae.

36. De fero competenti.

20

Civis Messanae prima fronte ex nulla causa ad judicium trahitur T.A. 22 nisi in curia Messanae.

37. Quando mulier non potest comparere in judicio.

Mulier virum habens non habet caput standi in judicio sine viri T.A. 47 sui auctoritate. 25

38. Quando quis carcerari non debeat.

Nemo pro civili causa incarceratedetur, si fideiussorem dare potest.

T.A. 27

22 APPULO notò: « Id quoque late habemus in privilegio nobis concesso a divo Tege Iacobo, quod ego Io. Petrus Apu. vidi et legi » — BRUNNECK invece di **nobis concesso** stampò **urbis** concesso. | 24 standi judicio CARIDDI. — HARTWIG che dice ristampare APPULO, segue invece l'errore di CARIDDI, che da noi fu corretto nell'edizione del 1862, pag. 44. — BRUNNECK si giova della nostra correzione e dice contro il vero che APPULO omise in | 27 carceretur HARTWIG e BRUNNECK.

39. De contumacia.

T.A. 25 Data alicui possessione rei de qua agitur, per contumaciam adversarii causa rei servanda, sive ante contestationem sive post litem contestatam: si infra dies quinquaginta contumax se judicio praesentaverit, data fidejussoria cautione sistendi in judicio actore citato et praesente possessionem recuperat. Perseverante vero in contumacia ultra diem quinquagesimum possessio apud eum cui data est remanebit.

40. Qualiter debitores sunt ad solutionem cogendi.

T.A. 20 § 1. 2 Debitor ad solutionem condemnato, de mobilibus eius vel se moventibus si compareant, prius satisfaciendum est creditori; quibus non comparentibus, vel fideiussoriam cautionem praestabit de solvendo, vel in carcerem detrudetur usque ad XV dies ibi detenus, ut taedio carceris affectus (si sunt ei mobilia) solvat quod debet. Post XV vero dies eodem dicente se mobilia non habere, eius stabitur iuramento. Debitoris vero 15 ad solutionem condemnati rebus stabilibus comparentibus, non inventis mobilibus, creditor in possessionem earum rerum per curiam mittitur pro mensura debiti declarati, tenendo usque ad annum, pensionibus vel preventibus quos inde percepit in solutionem debiti non computatis. Post annum vero si creditori a debitore non fuerit satisfactum, res (cuius 20 data fuerit possessio) eidem creditori datur per curiam in solutum, eiusdem rei valore iuste aextimato, pro debiti quantitate. Debitor qui se dicit mobilia non habere, et nec in se moventibus nec in stabilibus est solvendo, quadraginta et quinque diebus in carcere detinetur, quibus decursis, si debitum non solverit (praestito iuramento quod quicquid acquirere 25 vel lucrari poterit, deductis expensis vitae necessariis, creditori suo fideliter solvet usque ad integrum debiti solutionem) a carcere liberatur. Debitor vero qui non imminentे fortuito casu, sed ex fraude et iniqua causa debtor est, tamdiu in carcere detinetur, quoisque reddat universum debitum.

41. De pignoribus distrahendis.

T.A. 36 Re mobili vel se movente pignori obligata, si in termino constituto debitum solutum non fuerit, quindecim dierum induciis debitori datis (infra quos si pignus non redemerit) creditor cum auctoritate curiae pignus illud vendere potest pro debiti sui satisfactione. Si vero quaestio de quantitate debiti inter debitorem et creditorem orta fuerit: usque ad pignoris valorem **sacramento** creditoris pignori incumbens statur: nisi debtor per testes contrarium probet. De residuo jurat debtor, nisi creditor legitime probet.

42. De appellationibus.

Lata sententia in praesentem incontinenti ab ea appellari potest, t.a. 21
vel infra triduum, si hoc fuerit protestatus, et infra decem dies processus
peti potest. Lata sententia in absentem per contumaciam, ab ea appellari § 1
non potest, nisi quāndiu figura judicij duraverit. Lata sententia in §
absentem et non per contumaciam, potest is (contra quem pronunciatum
est) appellare, si quam cito scivit, in vocem appellationis prorupit. Ap- § 2
pellatione legitime facta debet is qui appellavit infra terminum sibi a
curia statutum prosequi appellationem. Post terminum non est audiendus
nisi apparuerit eum ex justa causa impeditum, quo minus appellationem 10
infra terminum fuerit prosecutus. A sententia arbitri, contumaciae, et t.a. 26
possessionis, de jure prothimisios, de re vili, de divisionibus praediorum,
vinearum, et domorum, de cursu aquarum, et de aquis pluvialibus et de
viis vicinalibus et de his similibus quae per inspectionem oculorum
diffiniri possunt, et per instrumenta publica, in quibus fines et divisiones 15
hujusmodi continentur, de quibus etiam summarie cognoscitur, appellari
non potest. Similiter ab una uncia infra non recipitur appellatio. Item
condemnatus criminaliter de publico maleficio appellare non potest. Ab
illis quoque criminibus (pro quibus poena sanguinis infligitur) appellari t.a. 27
non debet. 20

43. De adulteriis.

Si maritus uxorem in ipso actu adulterii deprehenderit, tam uxorem t.a. 41
quam adulterum occidere licebit, nulla tamen mora protracta. Lex ma-
riam lenocinii poena cohercit qui uxorem in adulterio deprehensam
renuit, adulterumque dimisit, nisi forte sine culpa sua ille diffugiat. 25

44. De duellis.

De maledicto principis duellum non admittitur. De crimine vero t.a. 39
lesiae Majestatis in tribus casibus scilicet si quis contra vitam principis
conspiraverit, vel machinatus fuerit quod terram amittat, aut falsam mo-
netam cuderit. Item de homicidiis, de furtis, de rapinis et de maleficiis 30
pro quibus vita vel membrum amitti debeat, duellum admittitur tam
contra accusatum quam contra accusantem, quam contra testes.

5 figuram CARIDDI, HARTWIG. — BRUNNECK corregge figura dicendo errore di
Appulo | 32 APPULO nota: « Ubi hanc legeris vide imperiale constitutionem mono-
machiam cum fi. Io. pe. ap. »

45. De insultibus et percussionibus.

T. A. 40

De insultibus et percusionibus de nocte vel extra civitatem in campis et in solitariis locis factis (de quibus poena pecuniaria datur) si testes defuerint, per sacramentum ejus, qui passus est injuriam, probatur, si talis fuerit persona cuius sacramento credi possit. Alioquin stabitur sacramento accusati, si fuerit omni exceptione major.

46. De poena defensae.

T. A. 23

Defensionis poena aliqua alicui facta vel imposta non valet, nisi ab iustis vel judice aut ab aliquo pro his facta fuerit ex iusta causa, vel iuste apposita.

47. De testibus.

T. A. 24

Mulier in testimonium non admittitur, nisi in parentum, natus, nativitate, aetate, furnis, balneis, domibus, ecclesiis, flomariis et aliis locis solitariis.

T. 15

Nova constitutiones factae Anno Domini M. CCC. XXII die primi Novembris VJ Indictionis. Ad interpretationem primae consuetudinis, quod male quaesitos, viri, filii, et pater de eis disposuerit vel testatus fuerit) prius deducantur, et postea remanentia bona dividantur.

T. A. 2

Non est novum quin de consuetudinibus et statutis scriptis, non scriptis, quantumcumque veterimis, inter litigantes nova quaestio, seu dubietas oriatur. Sed sicut novae quaestiones et dubitationes emergunt, ita et nova debent decisionum medicamenta praestari.

T. 25

Universitas igitur Messanensis deliberato consilio et omnibus securitatibus, quae ad hoc requiruntur, observatis, antiquam consuetudinem Messanae (quae dictat quod viri et uxoris bona etc.) hoc modo interpretata est, ut sublatis lucris sordidis et male quaesitis, de residuo tantum praefatis patri et matri et filiis tertia debeatur; propter quod si testatus idemque maritus et pater in ultimis suis vel quolibet mortis periculis constitutus vel constituendus in brevi, puta ad bellum vel alio (ubi im-

9 ista HARTWIG.—BRUNNECK corregge iusta come errore di APPULO. Le parole *vel iuste apposita* che si leggono in APPULO, furono omesse da CARIDDI, e perciò da HARTWIG e da BRUNNECK. Ciò non fu notato da varii che di recente scrissero su la *defensa*. | L'omissione di CARIDDI è meramente tipografica, poichè nella edizione del 1559 il capitolo 46 finiva: *causa vel.* | 14 APPULO omise le parole: *neo Iudei adversus Cristianos, neo Christiani adversus Iudeos in testimonio admittuntur.* CARIDDI le aggiunse nell'edizione 1559 dopo *solitariis*. Quelle parole erano nell'inizio del cap. 24 del Testo Antico da noi pubblicato pag. 17, lin. 16. | 15 Nova Constitutione edita anno GIURBA, ed. 1620, pag. 183.

magis mortis periculum) sit iturus, iuraverit de sordidis lucris seu male
quæsitis habere se aliquid, illud vel tantundem de universo patrimonio
tacitum restituti subiectum, sicut et alia constantis matrimonii debita,
dedicantur, per ipsum patrem vel per quem ipse statuerit, illis a quibus
abstulerit, vel piis locis resignandum, et residua tantum uxori et filiis ac patri per tertiam dividantur, ne maritus et pater in perpetuum
lugeat et uxor et filii irrationaliter lucrificant aliena. Si vero non sit
in ultimato vel mortis periculo constitutus vel in brevi constituendus, sed
in tenebris vel senio (quo casu non est verisimile ipsum ut suaे salutis
immethorem deierare) et iuraverit (ut praedictum est) lucra sordida et male
quæsita se habere, ita denum de medio ea (ut praedictum est)
detrahatur, si incontinenti, idest infra mensem ad tardius manualiter resti-
tuat, sicut superius est expressum.

49. **Motu matre, patre superstite, quam partem bonorum filii petere possint, et
venit ad correctionem primae partis sextae consuetudinis.**

15

Item motu mortua, pater superstes in tota vita sua sit usufructuarius bonorum compounium inter eum, dictam uxorem, et filios suos, remanentium post obitum dictae uxoris sua, et ideo iidem filii in minori vel in maiori aetate constituti nolentes cum patre eorum vivere et manere, de ipsis bonis (dum ipse pater vixerit et secundam uxorem non duxerit) aliquam portionem eis contingentem non iure naturae quam maternæ successionis secundum consuetudinem Messanae petere et habere non possunt, nec pater eis dare cogatur. Sed idem pater teneatur eisdem filiis suis secundum suam conditionem et facultates alimenta praestare, consuetudinibus Messanae, olim editis, praesenti consuetudini forte contrariis non obstatibus quoquo modo, proprietate bonorum ipsorum filiis eisdem secundum ipsas consuetudines nihilominus reservata. Item si dictus pater aliam uxorem duxerit, praedicti filii possint petere et habere portionem ipsorum bonorum eis contingentem iure maternæ successionis, quo ad usufructum et proprietatem. Reliqua vero tertia eorumdem bonorum dictis filiis contigente iure naturae dicto patri eorum quoad usumfructum in vita ipsius patris tantum reservata.

50. **Pro instrumentis registrandis.**

Anno Dominicæ incarnationis MCCXCVIJ die XJ ianuarii, XJ
indictionis. Inunctum fuit per curiam Messanae omnibus notariis publicis 35

29 paternæ APPULO, maternæ CARIDDI, GIURBA (p. 404), LA MANTIA ed. 1862.—
HARTWIG e BRUNNECK seguendo CARIDDI non notarono questo errore dell’edizione
di APPULO.

civitatis eiusdem ut abinde in antea debeant registrare et ponere series instrumentorum omnium per eos faciendorum in actis eorum cum omnibus nominibus iudicum et testium.

51. De instrumentis publicis faciendis.

5 Septimo decimo Martii quartae indictionis. Provisum est per strati-
T.A. 17 cotum et iudices civitatis Messanae et per ipsam universitatem ut sit
§ 1 amodo consuetudo ex certa scientia introducta a tota universitate praedi-
cta quod nullum instrumentum debiti vel venditionis vel cuiuslibet
10 alterius contractus publicetur, nisi vocata parte quae tangitur fiat publicatio
supradicta. Et si in alia forma fiant non teneant instrumenta publicata
praedicta nec ullam habeant firmitatem.

52. De presentatione instrumentorum.

Quinto die Martii quartae indictionis. Anno incarnationis M.CCC,XJ.
T.A. 16 § 2 Provisum, statutum et ordinatum est per curiam civitatis Messanae de
15 consilio omnium advocatorum curiae praedictae ac de assensu et voluntate
civium universitatis ipsius ut habeatur amodo pro consuetudine scripta,
quod in omnibus instrumentis conficiendis ex quibuscumque contractibus
(ex quibus tam secundum antiquam consuetudinem scriptam in civitate
Messanae, quam secundum aliam novam consuetudinem scriptam, ius
20 prothimisios competit tam iure sanguinis quam contiguitatis loci) habeatur
pro una ex solemnitatibus instrumentorum ipsorum quod necessario
debeant intervenire presentationes instrumentorum ipsorum apud acta
Curiae Messanae et scribatur dies presentationis ipsorum per notarium
actorum in finibus vel circa fines instrumentorum ipsorum, et quod
25 debeant ipsa instrumenta ex ipsis contractibus facta stare et detineri per
integrum triduum in actis curiae supradictae, die presentationis non
computato. Et alias non habeantur instrumenta ipsa pro omni solemnitate
vallata, sed tamdiu competat et peti possit ius prothimisios quamdiu in
ipsis instrumentis non apparuerit scriptus dies presentationis eorum.

30 **53. Ex quibus contractibus ius prothimisios competit.**

Vicesimo Novembbris VIJ indictionis. Anno incarnationis M.CC.XCIII.
T.A. 16 § 6 Provisum et ordinatum est per universitatem Messanae quod ius prothi-
misios competit tam iure sanguinis quam contiguitatis loci ex omni
contractu celebrato inter contrahentes ex quo transfertur dominium utile
35 vel directum, nihilominus consuetudine antiqua quantum ad solemnitates

9 publicatio—instrumenta om. CARIDDI (ediz. 1559) e L. M. ed. 1862.

subscriptionum in suo robore permanente. Excepto in dotibus dandis, haereditatibus, legatis, divisionibus et quibuslibet contractibus initis inter parentes et liberos in infinitum, et fratres et sorores et filios fratum et sororum.

**54. Ex quibus contractibus ius prothimisios competit, et venit ad declarationem s
praecedentis constitutionis.**

Anno Domini M.CCC.II die primo Novembbris, VJ indictionis. Cum ^{T.A. 16}
^{§ 7} sit de antiquis consuetudinibus civitatis Messanae quod in venditionibus
rerum stabilium per curiam celebratis ius prothimisios competit, tam
ratione sanguinis quam contiguitatis loci; et propterea quod in eis di-¹⁰
versae fraudes fiebant, et quod veraciter vendebatur, commento fraudis
in donationibus, permutationibus et in aliis diversis contractibus simulate
concipiebatur, actum extitit et in novam consuetudinem deductum anno
Domini M.CC.XCIII de mense novembbris, VIJ indictionis, quod dictum
ius prothimisios competenter ex omni contractu celebrato inter contrahentes ¹⁵
^{ex quo} transfertur utile dominium vel directum. Excepto in dotibus, he-
reditatibus, legatis, divisionibus et quibuscumque contractibus initis inter
parentes et liberos in infinitum et fratres et sorores et filios fratum
et sororum. Et ex hac exceptione dubia oriebantur propter generalitatem
verborum quae continentur in eis scilicet et quibuscumque contractibus ²⁰
etc. propter quae videbatur innui quod in venditionibus inter dictas
personas celebratis dictum ius non competenter. Declaratum extitit per
eandem universitatem solemniter et statutum quod dicta exceptio etsi
generalibus verbis tradita sit, non trahatur ad venditiones, sed ad casus
ad quos prorogat nova constitutio praedicta, ut puta dotis, donationis, ²⁵
divisionis, permutationis, et ad alios contractus, ex quibus utile vel di-
rectum dominium transfertur, venditione excepta, de qua (prout est in
primis consuetudinibus traditum) observetur.

55. Quomodo procedatur contra calumniosos debitores.

Ad excludendas calumnias et dilationes frustratorias debitorum, quae ³⁰
contra creditores instrumenta habentes obiiciuntur frequentius, et sic mul-
tотiens oportebat ipsos creditores invitо transigere vel pacisci de eo quod
liquebat per publica instrumenta; convocato Messanensi consilio et uni-
verso populo, hanc generalem consuetudinem de consensu praedicti po-
puli edidimus, quod quotiescumque apparebit creditor in iudicio ostendens ³⁵
instrumentum debita solemnitate peractum, per quod appareat aliquem
debitorem, si ipse debtor solutionem obiiciat in partem vel in totum vel
quamcumque aliam causam ad impediendum solutionem, et ad proba-

tiones ipsius longas dilationes exigat, quindecim dierum terminum excedentes, quod nullatenus audiatur, sed facta solutione per eum, dilationes, quas petierit, idonea cautione a creditore recepta, concedantur. Qui si probaverit legitime solutionem obtentam, creditor restituat sibi ipsam pecuniam et tantundem. Haec intelligenda sunt in instrumentis mutui, § 4 modati et depositi, in solutione si opponatur, et in exceptione solutionis tantum obtenta. In caeteris autem locum habeat ius commune et ita fuit provisum et pronunciatum de voluntate omnium. Item et tunc habet locum, quando debitum est celebratum Messanae et instrumentum est factum Messanae. Si autem alibi, tunc habet locum ius commune.

56. De solutionibus faciendis Curiae pro ejus labore.

t.a.48 In personalibus actionibus a condemnato pro jure curiae de quibuslibet centum tarenis exiguntur tareni decem. Item pro absolutione solvuntur curiae de quolibet centenario tareni duo vel tres ad plus pro bona sententia. Et hoc licet non sit semper consuetum, tamen ut plurimum ita servatur. Item pro interpositione decreti quando pars confatur, de quolibet centenario solvuntur curiae tareni duo. Quando petitur intrare, capere et vendere, et pars rei negat et convincitur per testes et fertur sententia: tunc quia curia magis laborat, debet aliquantulum curia magis habere, videlicet tarenos duos et dimidium pro quolibet centenario. Item si agatur reivindicazione et condemnatio sequatur, solvitur curiae secundum justam extimationem rei pro quolibet centenario, videlicet a parte victrice solvuntur tareni duo vel tres ad plus. Si fiat absolutio, tunc pars quae absolvitur debet solvere curiae tantundem pro bona sententia. Item si contingat processus annullari, tunc nihil solvitur pro jure curiae. Item pro tediis possessione, quando in contumaciam partis mittitur aliquis in possessionem nihil solvitur pro jure curiae.

Explicitunt Consuetudines et Statuta nobilis civitatis Messanae cuique districtus.

30 Nella edizione di *Alfonso Cariddi* (Palermo 1559) alla ristampa dei 56 capitoli dell'edizione di Appulo (1498) sono aggiunti i seguenti capitoli.

57. De Judasis.

Judaeus, sive paganus non audeat comparare servum christianum, nec possidere aliquo titulo, sed si praesumpserit, omnes res ejus con-

2 quae nullatenus HARTWIG. — BRUNNECK attribuisce la parola *quae* al testo di APPULO da lui non veduto; mentre APPULO e CARIDDI offrivano la lettera *q* col segno di abbreviazione del *quod*; 21 agatur de CARIDDI.—APPULO e il Testo Antico non hanno *da*.—HARTWIG e perciò BRUNNECK l'aggiunsero seguendo CARIDDI senza dichiararlo.

fiscantur, et ipse fiat servus Curiae, quem servum si forsitan nefario ausu,
vel suasu fecerit circumcidere, vel negare fidem puniatur supplicio capitali.

58. De raptu virginum.

Si quis praesumpserit rapere virgines sacras Deo aut nondum velatas,
causa criminis, vel causa matrimonii, puniatur capitali sententia, vel alia, 5
quam censura regis dictaverit.

Nos Don Alonsus de Cardona Salutio et Peralta comes Regii, dominus Clusae et Burgij etc. regius Straticotus, et armorum Capitaneus nobilis civitatis Messanae suique districtus, etc. et nos Regii Judices Civitatis et districtus eorumdem consensu et voluntate magnificorum dominorum 10 Iuratorum dictae nobilis Civitatis, et cum consilio magnificorum doctorum serio congregatorum intus bancam ipsius Nobilis Civitatis providimus pro utilitate, et commoditate Reipublicae dictae Nobilis Civitatis, quod subscripta capitula, et eorum singula de caetero serventur in hac nobili civitate et Curia Straticotiali ipsius, quorum capitulo tenor per omnia 15 talis est ut infra.

59. De stilo et ordine Curiae.

Quod tam in Curia straticotiali quam primarum appellationum dictae nobilis civitatis, tam in terminis dandis, actis scribendis, et omnibus sententiis ferendis et decretis interponendis, cedulis recipiendis, in cedula 20 injunctoria, et purificatoria, quam etiam in quocumque modo procedendi, de caetero servetur ordo, et stilus Magnae Regiae Curiae hujus Regni, quae aliarum Curiarum est caput, et magistra, et secunda decreta non legantur, quovis contrario non obstante, salvo jure devolutionis ad superiorem per viam appellationis, tam ad curiam primarum appellationum, 25 quam ad magnam curiam, et ipsarum curiarum salvis juribus et emolumentis.

60. Quando nullitas promptuaria impedit.

Quod in ipsis causis, in quibus appellatio non suspendit exequutionem, in iis etiam, et nullitas etiam promptuaria tentata, coram eodem 30 post triduum a die notificationis sententiae parti facienda non suspendat exequutionem, praestito per optinentem de restituendo in casu succumbentiae in judicio nullitatis, nisi forte eadem nullitas infra eumdem

26 ipsarum curiam HARTWIG. — BRUNNECK attribuisce l'erroneo curiam a CARIDDI, ma è del solo HARTWIG. | 32 succumbentia HARTWIG.—BRUNNECK attribuisce al solito quell' errore a CARIDDI contro il vero.

terminum constaret ex actis, et illis visis mandatum fuisset, quod in executione supersedeatur.

61. De Advocatis et Procuratoribus.

Quod procuratores causarum in plena curia non dicant causas ab 5 uncisi quinque supra, nisi stantibus Advocatis, nec recitetur effectus absque Advocatorum subscriptione. In causis praedictis taxetur salarium advoca-
ti, nisi per ejus subscriptionem praestito per eum patrocinio si constitui-
tur, alias non taxentur expensae contra venientem formae capituli praedicti.

Pronunciatum in Nobili Civitate Messanae, et in officio Magnifico-
rum dominorum Iuratorum dictae Nobilis Civitatis, ubi fuit mandatum,
quod dicta capitula serventur, et registrentur. Die 15 Aprilis, 7 Indi-
ctione 1519.

Publicata fuerunt in plena curia Nobilis Civitatis Messanae, die
quinto mensis Maii, 7 Indictione 1519.

15 *Carolus et Ioanna mater etc.*

Quod in causis summarisi unciarum quinque tantum appellatio
non suspendat exequutionem, in caeteris servetur Ritus regni et consue-
tudo antiqua.

Carolus et Ioanna mater etc.

20 Item perchè per li calupnii di li litiganti li causi tanto civili como
criminali si diffirixino ultra lo tempo a li quali si porrano expediri,

16 L' edizione di CARIDDI e le posteriori omisero il testo della petizione. Noi
ne riferiamo il testo col *Placet*. L'abbiamo ritrovato nella Biblioteca Universitaria di
Messina nel volume Ms. *Privilegia Urbis Messanae* (pag. 656), e nella Biblioteca Co-
mune di Palermo nel Ms. Qq. H. 17 (fol. 614).

« Item perchè per l'assenza della Regia Gran Corte da essa città, molte volte
le parti litiganti innanti l'officiali ordinarii della ditta città per differire l'esequitione
della giustizia e calunniare le parti, a tal chè per remedio di frivoli appellationsi a
qualibet articulo appellano et ottenino lettere inibitorii dalli superiori, in modo che
le cause etiam minime si differiscono per molto tempo con spesi ed interessi delle
parti litiganti, et alli volte eccedono la somma del debito principale; pertanto per
quisti et altri ragioni, la detta città supplica a Sua Real Maestà pro cultu justitiae et
quieto vivere dellli cittadini in li causi summarii comprehensi nel ritu della Regia
Gran Corte da tentarisi in primo judicio innanti l'officiali ordinarii della detta città
non si possa appellare a superiore tanto delle sententie diffinitive quanto da qualsi-
voglia interlocutoria dipendenti et emergenti o connessa da detta causa summaria
principale, così come secondo la forma del detto rito in ditti causi summarii si os-
serva et osservari nella detta Regia Gran Corte del detto Regno. — *Placet* Regiae
Majestati quod a causis summarisi unciarum quinque tantum appellatio non suspendat
exequutionem, in caeteris servetur forma ritus regni et consuetudine hactenus
observata ».

expettando anchora di differiri la justitia per fina a lo biennio in causi criminali, e lu triennio in causi civili, supplica la dicta Città alla prefata Catholica Majestà si digni ristringiri la instantia in li causi tanto civili , quanto criminali, di qualsivoglia natura, et qualitati fussero a lo termino di uno anno tantum, et non ultra, per più facili expeditioni dilli litiganti, 5 cum manco danno loro, spisi et interesse. Etiam supplica la dicta città, che li Iudichi di la Curti Stratigotiali, et di la appellationi de dicta città, pozano exigiri la raxuni di sententii diffinitivi, et interloqutorii secundo la forma, ordini et modo si exigino per la Regia Gran Curti di lo dicto Regno. — *Placet Regiae Majestati.* — Dati in Villa Bruselli die 15 mensis 10 Februarii, quinta Indictione, Anno a Nativitate Domini 1517.

INDICE

DELLE CONSUETUDINI DI MESSINA

(EDIZIONE APPULO)

- | | |
|---|--|
| 1. De bonis viri et uxoris, et quot partes fieri habeant, si quando ea bona cum filiis dividantur pag. 7 | portio, et eo casu subse-
quente morte patris, quid
iuris habeat unor in bonis
mariti pag. 9 |
| 2. Pater et mater viventes quid possint filiae nubenti vel filio emancipato de bonis suis dare, et cum quibus dividantur bona remanentia . » 8 | 10. Patre vel matre praemortua, filiis cum superstite remanentibus et in minori aetate vel ab intestato praemortuis, ad quem spectent bona eorum » 10 |
| 3. Patre et matre viventibus an filius possit de bonis eorum aliquid petere » ivi | 11. Praemortuis patre et matre, filiis postea defunctis, ad quem bona eorum pertineant . » ivi |
| 4. Defuncto patre et matre ab intestato pars praemortui cui cedat » ivi | 12. Viro vel uxore praemortua non natis filiis ad quem bona defuncti pertineant . » ivi |
| 5. Praemortuo patre vel matre, facto testamento, quid iuris sit de portione defuncti . . » ivi | 13. De re stabili dotali non alienanda » 11 |
| 6. Praemortua matre vel patre, filii nolentes cum superstite in communi vivere, quam partem bonorum petere possint » ivi | 14. De dote reddenda, et de expensis a viro factis in re dotali » ivi |
| 7. Quando pater vel mater cum tercia sua transit ad secunda vota, quomodo filii primi et secundi matrimonii succedant in eius tercia praemortui ab intestato. » 9 | 15. Viro et uxore sine bonis matrimonium contrahentibus, quid iuris sit de bonis eorum postea quaesitis . . . » ivi |
| 8. Unde solvenda sint debita eius qui de primo et secundo matrimonio filios suscepit . » ivi | 16. Quando mulier filiorum suorum tutelam gerere potest et de tutoribus minoribus dandis » ivi |
| 9. Filio defuncto, patre et matre viventibus, cui cedat eius | 17. Apud quem minores educari debeant » ivi |
| | 18. De rebus minorum, et maiorum absentium sine decreto curiae non alienandis . . . » 12 |
| | 19. Quando minor testari possit, et quando maior efficiatur |

et rerum suarum administrator	pag. 12	46. De poena defensae pag. 18
20. De quibus bonis filius familias testari possit	» ivi	47. De testibus » ivi
21. De puellis minoribus	» ivi	48. Novae constitutiones factae A. D. 1322, die I Novembris, VJ indictionis. Ad interpretationem primae consuetudinis, quod male quaesita (si maritus aut pater de eis disposuerit vel testatus fuerit) prius deducantur, et postea remanentia bona dividantur » ivi
22. De exhaeredatione libero- rum, et spuriis	» ivi	49. Mortua matre, patre super- stite, quam partem bonorum filii petere possint, et venit ad correctionem prime partis sextae consuetu- dinis » 19
23. Quando filia nupta et dotata vel filius emancipatus possit cum fratribus vel sororibus ad paternam vel maternam successionem venire	» ivi	50. Pro instrumentis registran- dis » ivi
24. De divisionibus inter fratres cohaeredes faciendis	» 13	51. De instrumentis publicis fa- ciendis. » 20
25. De divisione facta inter quam- libet personam	» ivi	52. De praesentatione instru- mentorum » ivi
26. De publicis contractibus.	» ivi	53. Ex quibus contractibus ius prothimisios competit » ivi
27. Quando mulier obligari non potest, et quando potest	» ivi	54. Ex quibus contractibus jus prothimisios competit, et venit ad declarationem pree- cedentis constitutionis » 21
28. De poena in contractu ap- posita	» ivi	55. Quomodo procedatur contra calumniosos debitores » ivi
29. De arbitris	» ivi	56. De solutionibus faciendis Curiae pro ejus labore (EDIZIONE CARIDDI) » 22
30. De venditione rerum stabi- lium	» 14	57. De Judaeis » ivi
31. De iure prothimisios	» ivi	58. De raptu virginum » 23
32. De cabellis	» ivi	59. De stilo et ordine Curiae » ivi
33. De locationibus domorum	» 15	60. Quando nullitas promptuaria impedit » ivi
34. De debitis ex turpi causa	» ivi	61. De advocatis et procuratori- bus. » 24
35. De usuris	» ivi	Capitoli del 1517 » ivi
36. De foro competenti	» ivi	
37. Quando mulier non potest comparere in judicio.	» ivi	
38. Quando quis carcerari non debeat.	» ivi	
39. De contumacia	» 16	
40. Qualiter debitores sunt ad solutionem cogendi	» ivi	
41. De pignoribus distrahendis.	» ivi	
42. De appellationibus.	» 17	
43. De adulteriis.	» ivi	
44. De duellis.	» ivi	
45. De insultibus et percussio- nibus.	» 18	

DELLO STESSO AUTORE

1853. DISCORSO SULLE BASI DELLA LEGISLAZIONE, seguito da un Progetto di Storia del diritto civile e penale in Sicilia. Palermo 1853.
1858. STORIA DELLA LEGISLAZIONE CIVILE E CRIMINALE DI SICILIA :
I. *Tempi primitivi e greco-sicoli*, Palermo 1858, di pag. 232.
- 1859.—II. *Sotto le dominazioni de' Romani, Goti, Bizantini e Musulmani*, di pag. 272.
1862. INTRODUZIONE ALLA STORIA DELLA LEGISLAZIONE CIVILE E CRIMINALE DI SICILIA DAI TEMPI NORMANNI SINO ALL'ETÀ NOSTRA.
- CONSUETUDINI DELLE CITTÀ DI SICILIA, edite ed inedite, scelte e poste in confronto con gli articoli delle *Leggi Civili*.
1863. PENSIERI SU L'UTILITÀ DI RIFORMA DELLE LEGGI intorno al giudizio dei delitti.
- 1866-68-74. STORIA DELLA LEGISLAZIONE CIVILE E CRIMINALE DI SICILIA DAI TEMPI ANTICHI SINO AI PRESENTI. Vol. I, dai tempi antichi sino al 1409, Vol. II, parte I, dal 1409 al 1806, Vol. II. parte II, dal 1806 al 1874.
1875. APPENDICE—LAVORI STORICI SUL DIRITTO SICULO.
- SU LA LEGISLAZIONE E GIURISPRUDENZA DI SICILIA NEL SECOLO XIX (nel vol. V degli *Atti della Reale Accademia Palermitana*, pubblicato pel XII Congresso degli Scienziati Italiani).
- PUBBLICO RINGRAZIAMENTO PEL LIBRO DI ALBERTO DEL VECCHIO.
1876. NUOVA FRUSTA LETTERARIA.—SU L'OPERA DI ALBERTO DEL VECCHIO « *La Legislazione di Federico II illustrata* » tessuta di *plagi a musaico*, e sui giudizi delle Società di Mutuo Incensamento, Analisi critica e Prove, di pag. XX-28.
1877. STATUTI DI ROMA—*Cenni Storici*. (Formarono soggetto del Discorso del Senatore De Rozière nella seduta solenne dell' *Institut de France* 6 dicembre 1878 , riprodotto nel *Journal Officiel de la République Française*, 16 dicembre 1878, n. 341, pag. 11974).
1879. ORIGINI E VICENDE DEGLI STATUTI DI ROMA (nella *Rivista Europea*, Firenze 1879, vol. XII, pag. 429-462).

1881. SUI LIBRI RARI DEL SECOLO XV, esistenti nella Biblioteca Lucchesiana di Grgenti (Nel *Propugnatore* di Bologna, vol. XIV, pag. 143).
- NOTIZIE E DOCUMENTI SU LE CONSuetudini DELLE CITTÀ DI SICILIA (nell'*Archivio Storico Italiano*, Firenze 1881-1887, t. VII-XX).
- *La prescrizione delle azioni personali per crediti, secondo i principii del diritto antico e moderno* (nel *Monitore LA LEGGE*, Roma 1881, vol. III, p. 213).
- ADULTERIO.—APPANNAGGIO.—ALLODIO.—Monografie nell'*Encyclopedie Giuridica Italiana*.
1882. *Piantagioni verso il confine del vicino* (nel *Monitore LA LEGGE* 1882 vol. 2°, pag. 674—e nei *Principii di diritto civile* di LAURENT, Napoli 1883, vol. VIII, pag. 28).
1883. CONSuetudini SICILIANE IN LINGUA VOLGARE (nel *Propugnatore* di Bologna, vol. XVI).
1884. STORIA DELLA LEGISLAZIONE ITALIANA.—I. *Roma e Stato Romano*.
— Appendice. Repubblica di S. Marino — Torino, Fratelli Bocca, 1884, di pag. 750.
1886. NOTIZIE E DOCUMENTI SU FRANCESCO PAOLO DI BLASI giureconsulto del secolo XVIII, primo martire di libertà (1795).—Nell'*Archivio Storico Italiano*, Firenze 1886, t. XVII, pag. 37-70.
- ORIGINE E VICENDE DELL'INQUISIZIONE IN SICILIA (nella *Rivista Storica Italiana*, vol. III, Torino, Bocca, 1886, pag. 481-598).
1887. CENNI STORICI SU LE FONTI DEL DIRITTO GRECO-ROMANO, e le Assise e leggi dei re di Sicilia.
1889. SU L'IMITAZIONE BIZANTINA NEGLI SCRITTI DEI GLOSSATORI (della *Rivista italiana per le scienze giuridiche*, vol. VIII.)
- LA COSTITUZIONE GRECA DEL CODICE *de testibus* (IV. 20. 1) e le storiche origini dell'articolo 1341 del Codice Civile (nella *Riv. ital.* vol. VIII).
- RAGIONI DEL PUBBLICO DEMANIO SU LE SPIAGGE E TERRE ADIACENTI *per jactum balistae* secondo l'antico diritto siciliano [*con documenti inediti*] (nel *Monitore LA LEGGE*, 1889, vol. I, pag. 816).—Su le proposte rivendicazioni demaniali di spiagge e terreni adiacenti in Sicilia (*LA LEGGE*, 1893, vol. II, p. 104).
1891. IL REGESTO DI FARFA (*LA LEGGE*, 1891 vol. I, p. 353).
1895. LEGGI CIVILI DEL REGNO DI SICILIA (1130-1816) raccolte ed ordinate.
— Palermo 1895, di pag. 326.

